

audendum dare, alibive impressos apportare,
vendere, vel distrahere clam vel palam circa
voluntatem & absque prænominati ANDREÆ
CHEVALIER, ejusve hæredum, exptesso & in
scriptis obtento consensu præsumat; si quis
verò interdictum hoc nostrum Cæsareum vio-
lare aut transgredi ausus fuerit, eum non
modo ejusmodi exemplaribus perperam quip-
pe recusis & adductis à supra memorato
CHEVALIER ac ejus hæredibus ubicumque
sive propria autoritate, sive Magistratus au-
xilio vindicandis de facto privandum, sed
pœna insuper quinque Marcarum auti pura
Fisco nostro Cæsareo & parti læsæ ex æquo
pendenda decernimus irremissibiliter mulctan-
dum; dummodo tamen præfati Libelli bonis
mōribus, Sacrique Imperii Constitutionibus
contratii quidpiam non contineant, ac quia-
que Exemplaria singulis mensibus ad arcam
nostram Cancellariam Imperialem Aulicam
tempestivè sumptibus impetrantis transmittan-
tur. Mandamus proinde universis & singulis
nostris, Sacrique Imperii & Regorum ac
Dominiorum nostrorum hæreditatorum sub-
ditis & filiis dilectis cuiuscunque statu, tam
Ecclesiasticis quam sacerdotalibus, præsertim ve-
ro in Magistratu constitutis, aliisque jus &
justiciam administrantibus, ne quemquam
Privilegium hoc nostrum temere & impunè
transgredi patiatur, quin potius transgresso-
res præscriptâ pœnâ plecti, ac aliis modis
idoneis coerteri current: quatenus & ipsi ean-
dem mulctam incurtere noluerint. Hatum
testimonio litterarum manu nostrâ subscrip-
tarum & Sigilli nostri Cæsarei appressione